



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

301. Dominica 19. post Pentecost. De septem virtutibus gubernandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Sabbato Domin. 18. post Pentecost. 531

Paris. in Can. ser. 1. de ea dicit, quòd sit
Lectus DEI, S. Bonav. in Spec. Virg. quòd sit
Requies SS. Trinitatis. Patientiam, de qua
dicit B. Laur. Justin. *Clarissimum passionis Spe-*
culum erat cor Virginis, in quo cognoscebantur
spina, & vulnera Redemptoris: causam dat
S. Gilbertus: *Quanto quis plus diligit, plus do-*
let. Hesychius tom. 1. BB. PP. de ea dicit,
quòd fuerit *Turtur mundi*: & Arnoldus
Carnot: *quod difficillimum erat, moriebatur &*
non poterat mori, Paupertatem, quam D. Cy-
prian. serm. de Nativit. Dom. ait: *Pauperem*
Matrem, qua ideo par turturum obtulit pro Filio,
quòd non haberet, ex quo Agnellum emeret.
Pœnitentem, de qua agit. D. Damascen. o-
rat. 1. de Nativit. B. Virgin, *Fœmina fœmina-*
rum crimen dissolvens: & Theosterictus in can:
conciliat, quòd sit Ianua pœnitentiæ,

Conf. 2. Memoriam repetendo proposita
hujus hebdomadæ, quæ ut executioni man-
dem, suppliciter opem à Diva implorabo,

MEDITATIO CCCI.

Dominica 19. post Pentecosten.

De septem virtutibus gubernandi

Aspiciam Dominum JESUM Filium Re-
gis cœli, & terræ à Deo ad gubernandum
orbem universum prædestinatum. Petam
admitti ad servitium tanti Regis.

Z 2

Conf. 19

532 *Dominica 19. post Pentecosten.*

Conf. 1. Virtutes Gubernatoris boni precipuas esse septem. 1. Præclara sapientia hæc fuit in Domino IESU, in quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi, 1. ad Coloss. 2. 2. Ingens fortitudo: hæc fuit in D. IESU, quia ipse est fortior eo (diabolo) superveniens Luc. 11: universa arma ejus auferens, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuens. 3. magna æquitas, Hæc fuit D. IESU: Amice, non facio tibi injuriam: an oculi tui nequam est, quia ego bonus sum?

Conf. 2. Quartam virtutem regiam esse liberalem beneficentiam, & magnificentiã, quia ob DEI honorem in rebus magnis & utilissimis magnos sumptus facimus. D. Augustinus ait: quòd sit rerum magnarum & excelsarum cum ampla quadam, & splendida propositione cogitatio, atque administratio. Actiones ejus sunt: In operibus magnis & splendidis non parcere sumptibus in DEI honorem. Affectum erga opes, qui earum effusionem impedit, moderari, Ad eam movet Deus, qui hominem magnificum facit, debet igitur opere magnificentia præstare, ut pro temporalibus accipiat æterna. Totum id fuit in Christo, qui pertrãsit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo (quoad animam, & corpus, quoniam Deus erat cum illo. Act. 10. Fecitque pro nobis magnos summus, dum

Dominica 19. post Pentecosten. 533

dum ad nuptias celestes, & æternas vocavit.

Conf. 3. Ad has virtutes accedere ob duritiam improborum ac peryicaciam. 5. Longanimitatem expectationem. Hæc fuit in D. **JESU** dicente: *Quoties volui congregare te, &c.* Matth. 13. Luc. 13. 6. Seriam comminationem. Hæc fuit in D. **JESU** clamante: *Va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in vobis (olim jam pridem) in cinere & silicio sedentes pœniterent.* Luc. 10. 7. Severam punitionem. Hæc eluxit in D. **JESU** edicto: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij, &c.* Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrante. Matth. 12. sed & hodie non vestitum veste nuptiali, jubet mitti ligatis manibus & pedibus in tenebras exteriores. Matth. 5. ne id mihi contingat, ad 2. Communionem me, quam optimè præparabo, quia, ut ait D. Ambros. serm. 17. *Sanguis Christi si purpura est, quæ ornat Sanctorum animas.*

MEDITATIO CCCII.

Feria 2. Domin. 19. post Pentecost.

De Perseverantia.

Aspiciam Dominum usque ad finem, & consummationem continuantem perseverantissimè bonum salutis, & Redemptionis